1069

Czarnocki Illustrem et Magnificum Radziwił Ducem, et Zadurski Quietat

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Nobilis Stanislaus Czarnocki, Sanus mente et corpore existens, a Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis 1069
quibusuis proprijs et Competentibus recedendo præsentiq vero Castrensi Capitaneali Præmysliensi Iurisdictioni quo ad actum præsentem attinet, Se cum successoribus Bonisq suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac p[ro] expressum recognouit Quia ipse suo et Nobilis Catherinæ Rychlicka Consortis suæ legitimæ, pro cuius ratihabitione cauet et se præsentibus inscribit nomine Illustres et Magnificos Michaelem Casimirum Radziwił Ducem in Olyka et Nieswież Procancellarium et Campiductorem Magni Ducatus Lithuaniæ Ostrensem, Stuchouiensem Præmysliensem & Capitaneum et Catherinam de Sobieszyn Coniuges legitimos, cum Generosum Matthiam Zadurski Mareschalum Orszanensem, bonorum Capitanealis Præmysliensis Tenutarium nec non Laboriosos Lesko Berdiak, Tymko Wołoszyniec, Wasko Kiebus, Curyło Kaczmarz, Hryc Gwozdziow, Lesko Skurka, subditos de Villa Krowniki Sacræ Regiæ Maiestatis Capitaneatus Præmysliensis, totamq Communitatem Virorum et subditorum Villæ eiusdem, cum Nobilem Basilium Strzelecki atq Religiosum Poponem Villæ præfatæ Krowniki et ipsorum successores de Causa et actione officiaria per se Recognoscentem et præfatam Consortem suam eiusq supra sensis

Illustribus

Illustribus et Magnificis Radziwiłłom Coniugibus et Generoso Zaduski Marschalco Owrzanensi Vti bonorum Capitaneatus Præmysliensis Tenutario, ratione Statuitionis suprascriptorum subditorum respectu infrascriptorum inculpatorum, præfatis vero subditis ratione per ipsos non veritos pœnas Legum contra pacis et securitatis publicæ violatores personarum Nobilium industriosos oppressores et damnificatores, nec contentos diversis iniurijs et damnis atq diffidationibus, frumentorum vary grani et seminis tum sementiorum in agris et fundis ad præfatam Villam Krowniki pertinentibus per se Recognoscentem a Generosis Administratoribus Capitaneatus Præmysliensis non modico pretio conductæ magno sumptu et labore conseminatæ equis pecoribus et pecudibus suis consulto et præmeditate depabulationis conculcationis, ac in nihilum redactionis in vitam sui Recognoscentis diffidationis præfatæ consortis suæ personæ Nobilis varijs contemptibus affectionis ad officium præsens Castrense Capitaneale Præmysliense instituta et intentata tum et de pœna banitionis perpetuæ supra Generoso Marschalco Owrzanensi, bonorum Capitaneatus Præmysliensis Tenutario occasione statuitionis suprascriptorum subditorum, nec non de pœna Infamiæ super præfatos subditos Villæ Krowniki rone superius expressorum obtentæ et publicatæ, tum et alijs quibusuis condemnationibus, earumq publicationibus, totoq antecedenti et subsequenti processu in quouis puncto et gradu sunt dependens et ratione suprascriptorum obtento et perducto in se de præmissis latiori existente, nec non de quibusuis protestationibus Relationibus ratione suprascriptorum factis et inscriptis, omnibusq prætensionibus ad diem hodiernam interuenientibus ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscenti et præfatæ consorti suæ

per præfatos Subditos Villæ Krowniki in præmissis præ:
stitam Satisfactionem, quietat, emittit, dimittit, et libe:
ros absolutosq́ facit et perpetuo pronunciat, Causam
eandem et actionem officiariam tum et pœnam Ba:
nitionis perpetuæ atq́ Infamiæ, et alias quasvis cum
earum publicationibus, totumq́ antecedenm et subsequentem
processum, tum protestationes, Relationes, quasvis et
omnes generaliter prætensiones ad diem hodiernam
interuenientes in toto et per omnia Cassat, mortificat
et annihilat, sibi suisq́ Successoribus ratione præmisso:
rum perpetuum imponendo silentium.

Jaworski R Jaworski Obligat.

1060 Comparens personaliter Coram officio et Actis Præsentibus
Castrensibus Capitanealibus Præmysliensibus Nobilis
Theodor Jaworski Perkowicz olim Nobilis Gregorij Jawor:
ski Perkowicz filius sanus mente et corpore existens a Fo:
ris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq́ suis quibusvis pro:
prijs et Competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capi:
taneali Præmysliensi Jurisdictioni quo ad actum præsentem
attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omni:
bus totaliter et plenarie incorporando atq́ subijciendo, palam
libere, publice ac perexpressum recognouit. Quia ipse bona
bona sua propria et hæreditaria infrascripta certas sortes suas
quid et quartâ se Recognoscentem post fata eiusdem
olim Parentis sui spectant et concernunt cum Laborioso Senko
Sawatyniczyk sui Recognoscentis subdito in quarta agri resi:
dente in bonis Villæ Turka in Terra et Districtu præsenti

Præmysliensi